



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011857X**

§. 54. Triplex exercitus a Galliarum Rege in aciem eductus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

Sæc. XVI.

A.C. 1554.

certamine tandem receptui canere, ac non sine suorum clade recedere cogebatur: nec tamen inde animo fractæ Cæsaris copiæ non jam in astu, vel infidiis rebus suis præsidium quærebant, sed Gallos aperto Marte debellare cæperunt.

§. LIV.

*Triples exercitus a Galliarum Rege in aciem educus.*

Thu. 1.3. n.9.

Belc comm.

l. 26. n.45.

Altera ex parte Galliarum Rex bellum in Belgio Cæsari inferre moliebatur, ac die decima octava Junii Crassiaci in Laudunensi ditone totum exercitum contraxit, utque hostem ad distrahendas vires suas cogeret, ipse quoque suas copias in tria divisit agmina, quorum primum, idque validissimum Montmorentius Connestabilis ducebat, ad Estreæ Pontem progredi iussus, ut Avennas petiturus ab hoste crederetur. Alteri imperabat Santandreas Marefcallus, qui per vias terreo aggere tetas Mariaburgo, quod oppidum Rex præprimis aggredi constituerat, copias suas admovere jubebatur. Tertio denique agmini Nivernius Dux præfiebatur, dato eidem negotio, vi cujus per Arduenam Sylvam in Mosam decurreret, omnesque arces circumvicinas caperet, ut navigationem ab hostium in-

Sæc. XVI.  
A.C. 1554.

incurfibus liberam redderet, ficque an-  
nona commode advehi, hoftisque iden-  
tidem laceffiri, crebrisque velitationi-  
bus debilitari poffet. His ita difpofitis  
in itinere Conneftabilis Tralonianam, &  
Glajorianam arces, necnon Cimacum  
urbem in fuam poteftatem redegit: In-  
terea vero Sabaudiæ Dux, qui Cæfarei  
exercitus imperium tenebat, Avenen-  
fem urbem obfidione cingendam ratus,  
cunctas copias fuas eo conduxit: San-  
tandreanus tamen adeo fecreto fua ex-  
equebatur juffa, ut jamjam prope Ma-  
riaburgum castra fua locaffet, priusquam  
Cæfarei de ejus adventu certiores fie-  
rent: re autem comperta Conneftabilis  
pariter cum toto fuo exercitu advola-  
bat: cum igitur hujus urbis cives non  
nifi exiguo præfidiariorum numero mu-  
niti effent, hinc tertia obfidionis die tri-  
gefima Junii hoc anno deditionem fe-  
cerant.

§. LV

*Mariaburgum, Bovinium, Givacum  
aliaque urbes captæ.*

Occupata hac urbe Nivernius Dux re-  
liquas arces, quæ Mofæ adjacent,  
a Mazeria ufque ad Givacum fuæ pote-  
ftati fubjecit, tandem vero ad Regem  
contendit, qui Bovinium impetu facto  
cepit, ac pofttea Dinantium cinxit, quam  
urbem

*Thu. Belc. l. c.*